

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Parnassvs Poeticvs Mœsto-Lætatus

Höfflich, Hieronymus

Altdorpii, 1623

VD17 VD17 15:745589E

Gratulatio in novam academiae Altdorfinae ad universitatem [...]

[urn:nbn:de:bsz:31-138658](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-138658)



GRATULATIO
 IN NOVAM ACADEMIÆ ALTDORFINÆ
 ad UNIVERSITATEM exaltationem, quæ concessu Divi FERDINANDI II. Semper Augusti &c. Munificentia Magnif. Nobilif. Inclutorum NORIBERGENSIIUM Senatus

In

Præsentia Illust. Nobilif. Amplif. Clarif. & cujuscunq; orainis minoris Virorum Solemnissimo actu jam peragiur.

Quid sibi tantorū procerum pialumina? Patrū
 Quid conscriptorum series lectissima? tanta
 Turba Togata sibi quid vult? Quid splendidus iste
 Ad Divas Divi præsentis numinis aras
 Ingressus, magna juvenum stipante caterva?
 Qualis in Eurotæ ripis; Qualis ve frequenter
 Exercere choros per montem Cynthia Cynthi.
 Quid Novus iste tuus Gentis Venerande Senatus

B 5

Phabi-

*Phebigena Tyria vestitus murice tinctus?
Quid sacra templa volunt regali splendida luxu
Arte laboratis pannis Ostrog, superba?*

*Scilicet hac pompâ tuto sub tegmine tuti
Hospitij rursus variis jam casibus actus
Excipiunt Sacris cum Musis Pythius heros;*

*Namq, hac illa dies lux est hac illa beata
Quâ terra pateantq, nove tibi denud pulchre
Ostudiosa cohors Altorff I pulchrius ades,*

Salve Festa dies lux optatissima salve.

*Hec est illa dies, hac lux est illa beata
Has Altdorffiacas duo quâ munere Divus.*

FERNANDUS, prima Romanus origine CESAR

Qui Imperium Oceano, famam qui terminat astris,

Pulchrius exornat Musas, vultuq, sereno,

Quo maria & terras minus placidusq, serenat,

Adspicit, & firmum hic regnum Lybethridibus esse

S; pia fata sinant, jam cum tendiq, fovetq,

Salva Festa dies lux optatissima Salve.

Hec est illa dies, hac lux est illa beata,

Magnarum Rerum Domini, gentesque Togata

Lumina Romani Imperii liberrima, magna

Magna Norimbergæ decora, & pia lumina mundi

Magnificis ulnis qua suscepisse fovisse,

In tot conspectu Procerum, celebrumq; virorum

Musas cum teneris pullis (laudabile) gaudent.

Salve Festa dies, lux optatissima Salve.

Hec est illa dies, hac lux est illa beata

Quâ patula recubare datur sub tegmine fagi

Doctisfo-

Doctifonaq, lyras laeta sufflare Camana,

Salve Festa dies, lux optatissima Salve.

Hac est illa dies, hac lux est illa beata

Qua laudis pateatque novi Supremus honoris

Concessus, tibi docta cohors tibi docta juvenus.

Salve Festa dies, lux optatissima Salve.

Plaudite Sicilides Nymphæ, Rex Delieplande

Plaudite, plaudentes dextris pia pleetramovete,

Nunc tempus, nunc tempus adest contexere dulce,

Erresonare melos Cythara; Io plaudite Musa!

Ei tu docta manus juvenum, gens enthea docta

Pallados exultans magno da jübula plausu.

Altdorffii redeunt Saturnia secula Musis.

Fortunata cohors tua jam nunc rura manebunt.

Et tibi tuta satis; tectum capitabis opacum.

Hic inter sacros fontes & flumina sacra

Hic magnos capies (aderit jam tempus) honores.

Plaudite o juvenum lectissima turba, sonate

Latisonum ter Io, ter Io sic dicite mecum

Io Io vivat Io Rex FERDINANDUS, & hifce

Sub terris regnans ter-centum compleat annos;

Io Io vivat Io Noricæ lux incluta Gentis,

Floreat æternos volvendis mensibus annos.

Io Io vivat io ter-centum secula, nostrum.

Vivat Athenæum docto sub flore virescens

Tu modo fac supreme Deus quò ferrea primum.

Definat, & toto surgat gens aurea mundo,

Auri sacra fames, & si que fortè manebunt

En

*In pullos Clavos odii vestigia Vulgi
Irrita perpetua linquant formidime terras ;
Sic nomen laudesque tuas Academia nostra
Æternum resonans, sacrique litamina cultus
Effundens, aris supplex imponat honores.*

*Interea Proceres Norici, veræq; columnæ
Et veri patriæ Patres, veriq; Patroni,
Musarum, Musas defendite porro clientes,
Indecores regno nec erunt, nec vestra feratur
Fama levis, veterisve abolefcatur gratia facti ;
Sed summus convexa polus dum sidera pascet,
Dum celsis umbra lustrabunt montibus, amnes
In freta dum faciles current, flexique recurrent
Semper honos Noricos semper laus prima ma-
nebit.*

*Ad Zoilum qui præcedentem
gratulationem ipsa introductionis die
affixam invidiosè mordendo duobus vi-
tiis scaterere sparserat.*

Zoile quæ mordes me ? num mea carmina ? miror
Non mirer ? cum sis Zoile mirus homo.
Nam si me mordes ; ha ! summo jure vocaris
Mirus ; cum pol sis Zoile mirus homo.

Sanguis